



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 64. Hispana Classis ab Anglis dissipata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. vires per Fœderatos suffultæ excrevit
A.C. 1602. rant, ut nonnisi durissimis conditionibus graviorum tumultuum vexa anno sequenti redimi potuerit.

§. LXIV.

*Hispana Classis ab Anglis dissipata.**Thuan.**lib. 127.**Rapin hist.**d'Angl. l. 17.**Galut. l. 14.**Grotius hist.**lib. II.*

Haud secundiore fortuna utebatur Regis Hispaniæ classis ductore Friderico Spinola, qui Philippo III. auctor e Galut. l. 14. rat, ut suam classem novis octo triremibus, quæ nongentis Bellatoribus & remigibus mille quingentis instructæ essent augeret: Annuente Rege Fridericus Hispaniæ solvit, Flandriam petiturus, quo comperto Angliæ Regina tres naves sub littus Britannicum & fretum Morinorum Ductore Richardo Leveson collocat, queis Batavi suarum quatuor addidere. In has, cum Spinola in Lusitano littore incideret, resque ad prælii necessitatem deveniret, Richardus ex Indica navigatione reversus duas triremes depresso. Spinola vero cum reliquis sex Ulyssiponem appulsus, cum in Flandriam tenderet, die tertia Octobris in freto Britannico duas Batavorum naves obvias habuit, eas abs dubio demersurus, nisi Robertus Mansfeldius Angliæ Archithalassus juxta Caretum disploso tormento ceteris Batavorum

tavorum navibus ex Prætoria signum Sæc. XVII.
dedisset, quæ mox nebuloso simul & si- A.C. 1602.
lente cælo littus Anglicum legentes
confestim advolant, ac tum a littore,
tum e freto in sequentes non procul Gra-
velinga post pertinax ac diuturnum cer-
tamen duas Spinolæ triremes tormen-
torum ictibus lacerant, & bis terve in-
vectæ suarum navium mole eas disrum-
punt, militum cæsis quamplurimis,
ceterisque captis. Aliæ duæ in Flan-
dricas syrtes impactæ Neoportum atti-
gere. Una præterea ad Caletum nauf-
fragio interiit, Remigum inscitia. Po-
strema denique, qua Spinola veheba-
tur mari Zelandico vagata, non sine
periculo Dunckeram tenuit. Tres
hasce triremes, cum Fridericus ceteris
navigiis, quæ in Claufæ portu antea
habebat, junxisset, in Valacrinam Ze-
landiæ Insulam populabundus exscen-
dere statuit, suborta tamen tempestate
præpeditus.

§. LXV.

Præludia Historica ad solemnes di- sputationes coram Clemente VIII. habitas.

Cum Clemens VIII. serio perpende- *Livin. Meier*
ret, quod censuræ toties contra *hist. Controv.*
Molinæ doctrinam pronuntiatæ jam *vindicat.*
l. 3. c. 12.

L 4

quarto